



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

16. Quid si pendente lite coràm Ordinario concedatur exemptio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

viam, per quam actus suus non vicietur. l. 3. ff. de test. mili. l. quoties 2. de Reb. dub. lat. Menoch. lib. 6. praef. 8. Alb. de praesumpt. Reg. 3. praef. 35. nu. 3. & seqq. qua de re fuisse Joannes Baptista Peruhus gener Bartholi. in tractatu de arbitris lib. 12. cap. 8. & seq. Ocean. vol. 3. fol. 128.

Q U A E S T I O X V.

Exemptus an privilegio gaudeat, antequam illius habeat notitiam?

S U M M A R I U M.

1. Francus, Abbas & Menochius de hōe distinguunt. 2. Ignorantia iudicis condemnantis Exemptum, non validat sententiam.
3. Clausula irritans afficit ignorantem.

Articulum hunc supra incidenter tractavimus lib. 1. quaest. 7. n. 6. quibus annexi poterunt sequentes auctoritates. *Ans. de Militis in Repert. verb. gratia per quam, fol. 177. Rot. dec. 12. circa med. de praebend. in antiq. Anam. in add. cap. ad abolendam de haereticis. Anchar. post Lapum Clement. 1. de appell. ubi Calder. not. 2. latissima Abb. cap. 1. n. 7. cum Apost. de consuet. ubi vide Rom. cons. 207. vide distinctionem Franci cap. 1. §. ex parte n. 3. & seq. de concess. praebend. in 6. Menoch. de Arbit. iudic. casu 135. n. 30. usque ad n. 40. ubi latè. Aliud est ignorantia iudicis excommunicantis exemptum, qui non facit valere excommunicationem ideo quod ignoret eum esse exemptum. *Spec. de citatione §. Item de citatione n. 20. vers. sed. nunquid idem erit.* Ratio est, quia per exemptiones eripitur quis ipso facto à jurisdictione. *Abb. cap. cum dilectus n. 3. de relig. domibus.* Qua de re videas quae distinctius supra artuli lib. 1. quaest. 7. vers. infertur 1. num. 6. pleraque enim hac in materia exemptionis ex mente concedentis dependent, ad quam ut ibi & saepius diximus, semper est collinandum. *vide infra lib. 3. quaest. 7. n. 1.* Ratio secunda, quia exemptiones regulariter annexam habent clausulam irritantem quae afficit ignorantem, *vide infra lib. 3. quaest. 12. n. 11.**

Q U A E S T I O X V I.

Quid si pendente lite coram ordinario concedatur Exemptio?

S U M M A R I U M.

1. Declinatoria noviter orta opponi potest. 2. In revocandi domum noviter ortum, opponi potest.
3. Arbitrarius factus Sacerdos, compelli non potest.

- 4.8. Laicus post delictum factus Clericus, non punietur à Laico.
- 5.9. Opinio negativa verior.
- 7. Privilegium superveniens non eximit.
- 11. Privilegium in praesidium litis pendente non valet.

- 12. Nisi constet de avocatione.
- 13. Item nisi sit speciale super illa lite
- 14. Item nisi motu proprio.
- 17. Exemptio concessa lite pendente, an revocari possit per viam assentati.

Pro parte affirmativa questionis videlicet pro Exemptione, videntur militare sequentes rationes.

Prima exceptio declinatoria noviter orta, opponi potest post litem contestatam. *ca. infirmando de officio deleg. Abb. ca. unico num. 5. de oblig. ad ratiocinia et diximus supra quest. 10.*

Secunda, si ius revocandi domum incepit competere post litem contestatam, eo tempore in vim declinatoriae opponi poterit. *Innoc. 70. And. et DD. ca. fin. ubi Boer. q. 7. de foro compet. f. 30. l. 1. de demum. C. de procurat. h. qui autem ubi glo. ff. si quis caut.*

Tertia, si pendente arbitrio arbiter fiat sacerdos, non poterit compelli propter privilegium superveniens ut arbitres, *l. non distinguemus §. sacerdotio ff. de arbit.*

Quarta, Laicus post delictum factus Clericus, non punietur à iudice Laico sed ab Ecclesiastico; quemadmodum etiam Barbaria adfert de Cardinalibus qui ratione delicti ante Cardinalatum commissi gaudent privilegio Cardinalium. *Barth. tract. de iurisdict. n. 8. Barbaria tract. de Cardinalibus quest. 11. prima partis. Pet. de iure sibi. qu. 14. n. 4. Bald. l. affirmatis C. communia de success. Berach. tract. de Episcopo in quinta parte 4. libri n. 50. Papon. aux. Arrest. tit. des privileges Arrest. 6.*

Quinta, huius sententiae videtur Jacobus Cuiacius *lib. 13. obs. 11.* hac ratione, quod privilegium superveniens perimar instantiam ceptam.

Pro contraria vero sententia quae & verior est & quam omnes sequuntur, sunt haec rationes. Prima Ulpianus in verbis. Cum quaedam puella apud competentem iudicem litem suscepit, deinde condemnata est, posteaque ad viri matrimonium alterius iurisdictioni subiecti pervenerit, quarebatur an prioris iudicis sententia exequi possit? dixi posse, quia antea fuerat sententia data, sed et si post susceptam cognitionem ante sententiam hoc eveniret, idem putarem, sententiaque à priore iudice recte ferretur, quod generaliter in omnibus huiusmodi casibus observandum est. *l. cum qua-*

dam puella, ubi DD. ff. de iurisdictione iud.
Idem alio loco respondit, quod si quis posteaquam in ius vocatus Miles vel antea prius fori esse cepit, in ea causa est, quod ius revocandi domum non habebit quasi praeventus. *l. si quis postea ff. de iudicio*, quod ipsum Canonica dispositione confirmatur. Nam communiter traditum est, quod privilegium fori superveniens non eximit à iurisdictione iudicis qui praevent, *rex. ca. propositi ubi commanes de foro com-*



- pet. not. Spec. par. 1. de iudice delegato §. excipi vers. quid si conveniens n. 15. Quemadmodum nec Laicus pendente iudicio Clericus factus, eximitur à iurisdictione Laici, qui praevenit. late Abb. cap. unico n. 4. & §. de oblig. ad ratiocina. & cap. proposuisti ubi DD. de foro compet. Barib. l. 1. n. 3. per tot. cum Apost. de pœnis. Berach. d. tract. de Episc. in quinta parte quarti libri quæst. 27. n. 46. & seq. DD. d. l. cum quedam puella & d. l. si quis postea Brixienfis in venerabilibus quæst. 32. vol. tract. 17. vid. latiss. Farmaceum in Pract. Crim. lib. 1. g. 8. n. 104. & seq. ubi distinguit.
- 9 Secunda, ita inter ceteros nominatim censuerunt Goffr. Jo. Andr. & Francus c. 1. in pr. n. 6. de privileg. in 6. & in ca. unico ubi Anton. de oblig. ad ratiocina. His verbis: Quid autem si privilegium impeteretur super exemptione post citationem factam per ordinatum? Refert hic Jo. Andr. & c. tenuisse quod tale privilegium non juvet impetantem. arg. l. ubi cœptum. ff. de iudic. pro quo facit cap. fin. ut lite pend. quod maximè procedit, quando citatio fuisset talis, quæ induceret liti pendentiæ secundum formam Clem. 2. ut lite pendent. Ita Francus.
- 10 Confirmatur ex Peckio censente, quod arectum Laici subsistat, etiamsi is ex post facto fiat Clericus, qui idcirco non habet jus revocandi domum, quia oportet spectare tempus arecti facti, Peck. de iure sistendi cap. 14. n. 3.
- 11 Confirmatur 2. quia privilegium concessum in præiudicium litis pendentiæ, illius non facta mentione, nullius est momenti. Abb. cons. 98. n. 1. par. 2. c. fin. ut lite pendent. Clem. 2. eod. tit. c. ex parte ubi Abb. d. privil. dixique supra hoc libro g. 3. Bellam. conclus. 744. Felo. 1. n. 14. vers. fallit 6. & c. super literis n. 12. de Rescripti. Quod ipsum latius confirmari posset ex Mindano Tract. de continent. causa cap. 5. n. 6. fol. 73.
- 12 Limitatur primò hæc conclusio, nisi ex tenore privilegii appareat quod Papa voluerit ad seipsum causam avocare: Goffr. Jo. Andr. Franc. d. c. 1. n. 6. de privileg. in 6.
- 13 Limitatur secundò, nisi privilegium ten exemptionis specialiter fuisset concessa super illa lite, seu nisi privilegium faceret mentionem citationis seu liti pendentiæ. Bald. d. cap. 1. de privileg. in 6. ubi Franc. DD. c. fin. ut. lite pend. & in l. si quis quinquam ff. si quis caus. iud. si si non obtemp. pulchrè Jason. l. si quis quinquam n. 3. ff. si quis cautionibus iudicio. Bellam. Decis. 102. Lancelotus de Attentatis loco iam citando.
- 14 Limitatur tertio, nisi exemptio esset concessa motu proprio, nam tunc traheretur ad litem captam seu pendentem, Clem. si Roma de prabend. DD. d. l. qui autem Apost. ad Abb. cap. cum dilectus de iure patr. Celsus. Flugo tract. de clausulis nu. 61. vers. adde tamen, Barib. d. l. 1. n. 3. ubi Apost. ff. de pœnis glo. not. d. l. si quis ubi DD. & Jus. d. n. 3. & 4. vide infra eod. l. g. 19. n. 5. & 6. late Lancelotus de Attentatis par. 2. c. 4. limi. 20. n. 18. & seq. fol. 158. Sicut de laico dicitur, qui motu superioris ad clericatum assumptus est. Apost. ad Barib. d. l. 1. n. 3. ff. de pœnis & in d. c. unico cum add. de oblig. ad ratiocina. Berach. d. g. 2. quæ limitatio tamen non placuit Felino & nonnullis aliis, in ca. causam qu. 2. de testibus & late in repet. vers. privilegium lite pendente fol. 100. col. 3. in fin. Jus. d. l. si quis Sinphi.

Staphileus de gratis & expectativis. Rubr. de vi & effectu clausularum §. subsequenter n. 20. & seq. vol. tract. 14. fol. 27. quia privilegium lite pendente concessum, etiam motu proprio nocere non potest causæ pendenti neque parti adversæ, late Fel. in Reper. 15 d. vers. privilegium lite pendente & Staphil. ubi supra. Villadiego tract. de legato 9. 14. prima pars n. 15. & seqq. Rebuff. in Praxi benef. par. tit. de non tollend. jus qua. siglo. 6. nu. 9. id quod eò magis procederet, si illud fuisset procuratum sive postulatum. Fel. c. fin. n. 25. vers. secundo de foro compet. per l. & qui data ff. ex quib. caus. major & not. per eundem Fel. in ca. fin. de testib. Apost. ad Barth. d. l. ff. de pœnis. Bertach. ubi supra.

Potè quod dicit exemptionem non viter concessam non impedire litispendentiam & 16 jurisdictionis præventionem, id non aliter intelligendum est, quam si lis verè pendeat, aut jurisdictionis vere præventa sit juxta Clem. 2. ut lite pend. Nam si nulla seu inuicilis fuerit litispendentia ut in contumacia & aliis in casibus responsum est, Exemptio vires & robur sortiretur. Fel. d. c. proposuisti n. 2. vers. limitatum tex. de foro compet. & cap. ex tenore de Rescript. not. Franc. d. c. 1. n. 6. Mindanus d. c. 5. per tot.

An autem ejusmodi exemptio seu privilegium pendente lite impetratum revocari 17 possit per viam attentati querit Aegidius, responderq; quod non, sed procedi poterit ordinaria via in causa ex quo verisimile non sit, quod in præjudicium partis princeps voluerit aliquid concedere, cui etiam assentitur Jo. Staphileus, Aegidius conclus. 102. incip. si possessio beneficij, Staphil. de gratis & expect. Rubr. de vi & effectu clausularum §. consequenter n. 23. per tex. ubi glo. & Innoc. c. fin. ut lite pendente, vid. Lancelottum de Attentatis d. c. 4. limit. 20. n. 22. & seqq. Non obstat primum argumentum de exceptione declinatoria, quia illud verum est in declinatoria, quæ quidem competeat antè contestationem, sed nesciebatur competere, secus vero si postea cepit competere, ut inquit Peck. de Jure sist. c. 14. n. 5. Nec etiam secundum, quia tunc non est tam revocatio domum, quam jus differendi in aliud tempus. Ant. Abb. lmo. c. fin. de dilat. Fel. d. c. fin. n. 15. vers. competit hoc jus de foro compet. Est enim revocatio domum exceptio dilatoris, quæ opponi debet ante litem contestatam. Innoc. Fel. & DD. d. c. fin. de foro compet. Item nec tertium & quartum, tum quod ibi casus sit diversus, unde oriuntur diversa jura l. in plagis §. in clivo ff. ad l. aquil. pres. loco a separatis, tum quod nulla ibi fuerit litispendentia, unde non mirum, si ex mutatione status personæ, sequatur etiam mutatio illius qualitatis, d. l. si qui autem l. pen. ff. si ex noxali causa, qualitas enim superveniens mutare solet effectum antea introductum. Gemin. ca. praesul. 2. qu. 4. ubi Archid. Barbatia d. qu. Basil. 14. n. 6. & laiffime Abbas d. cap. mico de oblig. ad ratio c. ubi cæteris curiosius inquirat quid juris de Laico, qui post contractum aut delictum factus est Clericus.

QVA